



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Quintus fons inuentionis, emblemata. Capvt VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

## Quintus fons inuentionis, emblemata.

## CAPVT II.

VT est imaginum vbique amans humanum ingenium, vix ad necessitatem inuenta multa humane vite subsidia, parietes, pauimenta, domus, vestes, vasa cum ceperunt varijs figuris, & imaginibus collustrari. Hinc in parietibus vermiculata, in pauimentis tessellata, in lignis segmentata, in vasis ornamenta, in clypeis admirabiles calatura, quæ paulatim postquam ad elegantiora desuere ceperunt ingenia, eruditus argumentis dictisque sententiolis enituerunt. Hæc emblemata, quæ cum hæcroglypticis in conueniunt, quod symbololum naturam habeant, differunt verò, quod rem sublati ænigmatum velis purius, liquidiusque proponant. In hoc genere præclara, & arguta luserunt ingenia, vt ex varijs Imperatorum, illustriumque virorum symbolis licet colligere, ex quibus plerumque lepida, & suavis affluit eruditio. Magnifica imprimis fuerunt vexillorum, clypeorumque symbola, qualia sunt, quæ apud Aeschylum in tragœdia de septem ad Thebas commemorantur, & ab Homero, & Virgilio in Heroum clypeis describuntur. Hunc morem ab heroicis ductum temporibus posteri constantissime retinuerunt, & in eo præcipue Athenienses φιλοκλεῶν, quos ætians Lacon, muscam pro omni emblemate, canique minuris lineis incisam sculpi curauit in clypeo. Cuius rei causa cum ab eo rogaretur, *Ἰωάν. πρόπε* inquit, *ad hostes sum accersurus, vt vel muscam nostram dispuce possint.* Post vexilla & clypeos locum sigillis assignemus: nulla gens, nullus Imperator, nullus penè prinatus, qui sibi peculiare symbolum non affectarit. Nihil hic opus est Persarum aquilas aureas, uocuas Atheniensium, Thebanorum sphinges commemorare. Quid ea, quæ de Augusto feruntur: quam elegantiam habent: qui maturitatem in rebus gerendis ostensurus, in altera nummi parte, quem cudi iusserat, papiionem vnâ cum fluuiatili canero calari voluit, vt festinandum lentè moneret. Mœcenas ille doctorum fautor, & patens ranam vsurpauit (vt nonnulli volunt) Seriphiam ad commendandam silentij religionem. Carolus V. Imperator pro imperatorio iure habuit symbolum sibi peculiare, duas Herculi columnas cum lemna

te, & vltra. Hæc exempli causa commemorata sint, licet infinita ex symbolis imperatorij, Adolphi Oeconis nummis, ipsius dentique Alciani, Lunij, Broffardi iconibus colligere, quæ vt sunt exquisita ingeniorum inuenta, ad orationes illuminandas, si modò belè accommodentur, plurimum habent suauitatis.

## Sextus fons inuentionis, testimonia veterum.

## CAPVT VIII.

VERUM testimonia inter argumenta remota plurimum obtinent dignitatis, si modò ab auctoribus fide dignis, istque grauius, & eruditus emanarint. Hoc est iterum confirmationibus telum frequens, & plerumque amentatum. Nam cum nostra, licet sagaciter inuenta; refutari, refellique possint liberius, sola auctorum, quæ modò omnium consensu magni sunt, & celebres, obferuantia tam mitem elicit assensum, vt pudor sit diffidere, quæ illa superiorum sæculorum oracula suo calculo comprobarunt. Hanc autoritatem in Theologicis orthodoxi Patres: in Philosophia Aristoteles; in philologia omnes antiqui, & primæ classis auctores sibi vendicant. Bene igitur rationi dicendi consulunt, qui sibi de omni re, & disciplina, grauius, selecta rara grauissimorum testimoniorum ὑπομνήματα per locos communes digerunt, quæ in promptu semper habere possunt, & hæc præsertim longe securius afferuntur, cum ex fonte hausta, non ex riuulus deibata sunt. Qui tamen varia lectionis præsidio destituuntur, ad communes locos, quorum seges posterioribus sæculis penè infinita enituit, coguntur recurrere. Pieni sunt varietate Clemens Alexand. Aristot. Plutarch. Plin. Senec. Stobæus, quos qui auidè legerunt, non dubium est, quin auro særæ pectus compleuerint suum. Succedunt tot noua collectanea, Patrum sententiæ, Platonis γράμματα, Polyanthea noua, Coccij thesaurus, sylvæ aliegoriarum, & qui quotidè nascuntur tot eruditi sacrarum literarum interpretes, in quibus magna communium locorum libertas, sed hæc in fonte semper tutiora. Jam igitur nemini testimonia decesse poterunt, vt verendum sit, ne quod Agesilaus ille prudentissimus Imperator pronunciauit, cum machinam belli

*Aeschylus  
in septem ad  
Thebas.*

*Vide Sym-  
bolam impe-  
ratoriam.*